



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris  
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis  
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

**Visconti, Giuseppe**

**Parisii, 1618**

Cap. 30. Cur, & quando exorcismus adhiberetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](#)

364 De Antiq. Bapt. rit. ac f. 1.  
dixerit, fallat: & id, quod per Pharaonem p-  
gestum est, eodem mendacio obstinatione exer-  
cum tamen ad aquam salutarem, atque ad baptis-  
sanctificationem venitur, scire debemus, & sibi  
quia illic diabolus opprimitur. Quod si quis ci-  
ta testimonia minus aperta esse, enfi-  
met; is & Optatum Mileuitanum audiat, g-  
phicè veteres suæ Ecclesiæ ritus exprimentes  
lib. 4. cont. Parmen. vbi indicatis omnibus  
quæ ad animas nostras præclaro iustitia deo-  
augendas pertinent, exorcismum quoque  
memorat: cum ait: neminem fugit, quid im-  
homo, qui nascitur, quamvis de parentius Christi  
nisi nascatur, sine spiritu mundus esse non posse, quod  
necessere sit ante salutare lauacrum ab homine ex-  
di, & separari, hoc exorcismus operatur, per ip-  
spiritus immundus depellitur, & in loca defen-  
gatur,

*Cur, & quando exorcismus adhibetur.*

### CAP. XXX.

**E**X hoc itaque testimonio satis appareat, se-  
tanæ caput diris ingentibus denouent  
consuetudinem eo consilio institutam esse,  
reterritum humani generis hostem ab am-  
qua ditione expellerent. quod præterea inde-  
cant non modo S. Cypriani verba supermu-  
citata, sed etiam S. Augustinus Epist. 10. ad  
Sixt. presbyt. vbi aduersus Pelagianos, q-  
omniem Adami posteritatem ingenita mace-  
datur.

Exorcis-  
mus in  
baptismo  
cui inuen-  
tus.

la, & quasi hæreditaria deformari, minimè  
sentiebant, accuratè eum instruens, sic ait:  
circumspicuntur enim & diuinarum authoritate le-  
ctionum, & antiquitas tradito, & retento firme  
Ecclesia ritu in baptisme parvulorum, ubi aper-  
tissime demonstrantur infantes, & cum exorcizan-  
tur, & cum ius per eos, a quibus gestantur, renun-  
ciare respondent, à diaboli dominatione liberari. Et  
mox infra: quid ad hoc respondeant, cum exorcizan-  
tur, & exsufflantur infantes: hoc enim procul  
dubio fallaciter sit, si diabolus eis non dominatur: si  
autem dominatur, & ideo non fallaciter exorcizan-  
tur, & exsufflantur, per quid dominatur nisi per pec-  
catum principis utique peccatorum? Plurima alia  
in hac exorcismi consuetudine latent mysteria,  
quæ siveles assidua SS. Patrum lectione,  
& studio ipsi per se, iuuante Domino, facile  
assequentur. Nunc ad earum rerum explica-  
tionem accedam: quæ ut à sacrorum rituum  
studiosis ignorentur, nullo modo committendū est. Tria enim sunt maximè illustria, at-  
que præclara, quæ in hac cæremonia obserua-  
ta esse, veterum authoritas tradit. Primum  
est, certum tempus illi celebrandæ præfini-  
tum esse, Alterum est, corporis habitum, & a-  
lias cæremonias adhiberi solitas, quæ ad eius  
effectus explicandos congrua, & apta videri  
possent, Tertium est, loco, & forma nostris  
perfimili usus fuisse. Verum, ut prius de primo  
agatur, quæso, lectores attendant, quam per-  
Exorcis-  
picua, & clara sint Cyrilli Hierosolymitani mus fiebat  
verba, quæ hanc cæremoniam catechismi in catechis-  
tempore factam esse, demonstrant, nam, cum mo-

366 De Antiq. Bap. rit. ac Cer.

inquit catech. i. mystagog. suscipe celestem  
scrum, & in exorcismis studijs verseri,  
Catechesibus, & quæ in illis dicuntur, memoriæ  
nemo, qui modo postrema prioribus con-  
stat, ignorare potest, quid nobis intellige-  
dum sit: præsertim cum de catechesis cer-  
moniis sermo habeatur: quas in bapti-  
præmissas esse, veterum fides dubitare nem-  
ni patitur: ut vir doctissimus, "Iuo Cam-  
densis præclarè scripsit, eodem die homine  
ut in catechumenorum ordinem legerem  
& sacris carminibus Satanæ ingum excus-  
tent, ad Ecclesiam accessisse. Verum alterius  
terea locus à nobis enucleandus est: ex quo  
pertè licet cognoscere, sacram exorcismum  
catechismi tempus referri. nam Hugo à Sen-  
Viët, posteaquam commemorauit, multis  
legitimis cærementiis eos, qui baptizan-  
rant, fidelium examini subiectos esse: tum  
dit: <sup>b</sup> notandum eriam, quod baptizandi in fide  
to Paschali, quarta feria quartæ hebdomada  
Christianæ militiae, id est, Quadragesima deferuntur  
Ecclesiam, ut exorcizentur, & catechizentur, que-  
si alio tempore exorcismus fieri solitus esset  
præter catechismi diem: quid opus erat vix  
que simul nominare? illis enim, exorcizantur  
& catechizantur, verbis declarauit Author  
terum alterius cærementiam esse. Quod e-  
tiam lib. 2. orthod. fid. apertius explicat  
Nicetas Choniates his verbis: sacerdos tem-  
illum denuo in templum dicit, & insufflat  
in faciem eius, & aures eius, tandem etiam ex-  
orcismorum orationes adiiciens, eum rursus signo co-

<sup>a</sup> Serm. de  
sacram.  
acophyt.

<sup>b</sup> Lib. de  
sacr. cap. 17.  
de die Sab.  
sanct.

ciis munitum à se dimittit, atque ita catechumenus, sed discipulus in Ecclesia moratur, & scripturas audit. Quæ quidem verba, exorcismos ad catechismum pertinuisse, demonstrant. Hoc igitur scriptorum loca diligenter animo intelligere. Exorcismi adiungenda sunt, atque in primis tradendum, mus siebat fer. 4. hebd. nihil in eis dubium, aut incerti relictum esse: præterim cum feria quarta hebdomadæ quartæ Quadragesimæ exorcismum adhibitum esse, Hugo tradiderit: quo die catechumenorum classis initium esse factum, possumus intelligere: cum Patres, qui Ecclesiastico-rum rituum optimi testes sunt, consulimus. Hi vero summo consensu omnes huius cæmoniæ consuetudinem apertissimè tradiderunt; quorum hic testimonia afferre, quoniam alibi citata sunt, superuacaneum duxi. Non tamen prætereundum silentio, hanc ceremoniam pluries repeti solitam esse, ut non modo catechismi, & baptismi die fieret, quod cateris cæmoniis commune erat, sed batur. etiam intermedio tempore adhiberetur ad demonis expulsionem explorandam: sicut S. Augustinus significare voluit: cum lib. de fid. & operibus baptismi sacramentum solummodo iis, qui vitæ innocentia cæteris praesent, aut voluntaria corporis vexatione, aliisque Christianæ pietatis officiis Deum placare penitus insistant, conferendum esse, tradidit hoc pacto: videamus, unde agitur, id est, utrum ad percipiendum baptismum sic admittendi sunt homines, ut nulla ibi vigilet diligentia, ne sanctum canibus detur, usque adeo ut nec apertissimi

adulterij perpetratores, & eius perseverantes  
fessores a sacramento tantæ sanctitatis videantur  
cendi: qui sine dubio non admitterentur, si per  
dies, quibus eandem gratiam perceptum suum  
nibus datis, abstinentia, jejunitia, exercitium purifi-  
gantur, cum suis legitimiis, & veris uxoriis  
cubituros profiterentur, atque huius regimenter  
lio tempore licet a paucis ipsis solennibus diuinam  
lam continentiam seruaturos. Et rursus thider  
cum baptismalis misterij memoriam nobis  
nouare, & ad disciplinam, ac officium ho-  
nes retocare studet: an usque adeo dissimilat  
à sensibus nostris, ut vel nos ipsis non rendemus  
quam fuerimus attenti, atque solliciti, quoniam  
perciperent, à quibus catechizabamur, cum in  
illis sacramenta peteremus; atque adhuc conve-  
tes etiam vocaremur: vel non intueamur alii, quoniam  
annos singulos ad lauacrum regenerationis accep-  
tales sint ipsis diebus, quibus catechizantur, eximi-  
tur, scrutantur: Verba enim, per ipsos dies autem  
diebus, plurali numero adhibita, & exercitum  
tempus, catechismi atque scrutiniorum die-  
bus comparatum, eius, quam dixi, repetitis  
nis fidem apud æquos rerum estimatores  
venient. Qua loquendi formula quoniam  
Leo quoquè Pontifex Epist. 4. ad vniuersalium  
Episc. usus est, libenter hic apponam: ad  
denter (inquit cap. 6.) agnoscitis, in bapti-  
electis, qui secundum Apostolicam regulam ex-  
cismis scrurandi, & jejunitiis sanctificandi, & fre-  
quentibus prædicationibus sunt imbuendi, duran-  
tem tempora, id est, Pascha, & Pentecosten effor-  
uanda. Immò si hanc, & posteriorem S. An-

N  
erum  
uis ma-  
possit  
prodic-  
vera f  
homili-

gustini authoritatem quis accurate confide- Exorcis-  
ret, fateri eum necesse est, exorcismum sep- mus sep-  
ties fieri solitum esse, cum ad scrutinia, quæ ties fiebat,  
septem erant, manifestè referatur. Ad quod  
fortalitè etiam alludunt tam Concilij Braca-  
rensis 2. verba, cum baptizandos exorcismi pur-  
gationi, hoc est, scrutinio subiici oportere, præ-  
cipit cap. 1. ad purgationem exorcismi concurrant  
eatecumeni; & cap. 9. præcipiant Quadragesimæ  
seruare ieiunia, & mediante Quadragesima bapti-  
zandois infantes ad exorcismi purgationem offerre;  
quam Glossa, quæ in Gratian. part. 3. decret. de  
consecrat. distin. 4. cap. 66. ait: mediana hebdo-  
mada tribus diebus sunt exorcismi, secunda iterum  
tribus, secundum hoc exorcismi variantur. Siqui-  
dem hiesexies exorcismi exhibiti mentio est:  
cui si repetitionem eiusdem die baptisimi adjic-  
tias, septies efficies.

*De habitu eorum, qui ad exorcismum  
accedebant.*

CAP. XXXI.

**N**VIC, quod alterum erat propositum, ad Seminudi  
monere non desinam, seminudos ad sa- ad exorcis-  
crum exorcismum accessisse. Hoc verò quam- mum accè-  
uis maximam admirationem merito habere debant.  
possit, tamen ex iis, quæ veterum memoria  
prodita sunt, necessario colligitur. Etenim si  
vera sunt S. Ioannis Chrysostomi verba, quæ  
homil. ad baptizan. habentur: vellem hoc quidem  
A. a